

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

Omnibus hic nocuit thebis ut fossa fuisset
penderet laqueis si bene nota canis.

Quidam eius libros non ipsius esse sed Dionysii & Zophiri colophoniorum tradunt: qui iocandi causa conscribentes ei ut disponere idoneo dederunt. Fuerunt autem Menippi sex. primus qui de lydis scripsit: Xanthusque breuiavit. Secundus hic ipse. Tertius Stratonicus sopherista. Quartus sculptor. Quintus & sextus pictores: utrosque memorat Apollodorus. Cynici autem uolumina tredecim sunt. Neniæ: testamenta: epistolæ compositæ ex deorum persona ad physicos & mathematicos grammaticosque & epicuri sœtus: & eas quæ ab ipsis religiose coluntur imagines: & alia.

Menedemus.

Menedemus Coloti lampsaceni discipulus fuit. Hic ut ait Hippobotus in tantum prodigiosa superstitionis uenerat ut sumpto habitu furie circuiret: dicens speculatorem se ex inferno uenisse peccantium: ut iterato descendens hæc ibi demonibus renunciaret quæ uidisset. Vestis hæc erat pulla tunica talaris: astricta puniceo balteo: pileus arcadicus capiti impositus habes in texta elementa. xii. cothurni tragici: barba prolixa: uirga in manu fraxinea. Atque istæ quidem uitæ sunt singuli cuiusque cynicorum. Subiicienda nunc & quæ communiter illis uisa sunt: siquidem & sectam hanc philosophiæ esse iudicamus: non ut quidam uolunt constantiam uitæ. placet ergo illis rationalem naturalemque philosophiam tolli oportere: ab Aristone chio non discedentibus: moralique soli intendi: quodque plerique Socrati: hoc Diocles Diogeni inscribit: hunc asserens dixisse inquirendum quid nobis boni malique domi sit. Repudiant & disciplinas liberales: Denique neque discendas litteras dixit Antisthenes ne frugi effecti peruerterentur alienis. Tollunt & geometriam & musicam & cætera id genus. Nempe enim & Diogenes cuidam ostendenti sibi horoscopium: utile sane inuentum ait ne priuemur cœna: ad eum uero qui musicam sibi præferabat ait: Nam uirorum sententiis bene se habent urbes atque domus non cantibus nec pulsibus. placet eis & finem esse secundum uirtutem uiuere: ut Antisthenes ait in Hercule: similiter ut stoicis. Nam societas quædam est iter has duas sectas: unde & cynisimum dixere breuem uiam: atque ita uixit & Zeno cithicus. placet item eis simplex & parabilis uictus: quippe qui sobriis cibariis utuntur & solis palliis: diuitias gloriam nobilitatemque contemnunt. Itaque plerumque herbis & aqua tantum frigida utuntur: operimentisque fortuitis & doliis: sicuti Diogenes: qui dicebat deorum esse proprium nihil indigere: eorum uero qui diis essent similes minimis egere. Virtutem dicunt esse docibilem: ut in herculem ait Antisthenes: esseque minime reiciendum: sed studiose colendum: ac sine peccato sapientem & simili amicum. fortunæ quoque nihil permittendum. Quæ uero inter uirtutem & uitia sunt æque: ut Aristochius indifferentia appellant: & isti quidem cynici fuerunt. Veniendum iam ad stoicos: quorum princeps fuit Zeno Cratis discipulus.